(~~Reg. RA 1284 A n. 47 f. 36a b, 37b~~)

181

iura, que racione dicte procuracionis in credenciam vos contingerit procurare, ubicumque et in quibuscumque consistant, nomina illorum, quibus ea procuranda commiseritis, annuos proventus et redditus eorundem, per partem et membra, particulariter et distincte; significaturi per litteras vestras nobis et magistris racionalibus supradictis nomina terrarum castrorum casalium et bonorum omnium | stabilium, cuius fuerint, valorem annuum eorundem, que ad manus vestras pro parte curie infra tempus predicti vestri officii et ex qua causa devenerint seu devenire contigerint, ut ea omnia in registris camere et ipsorum magistrorum racionalium registrentur.

[14.] nichilominus quaternos duos consimiles exinde faciatis, quorum unum dicte camere nostre et alium predictis magistris racionalibus ~~sub sigillis~~ transmittatis.

[15.] capitula vero, que tangunt pecuniam, victualia et res alias mobiles seseque moventes, castra eciam, possessiones et quelibet alia stabilia ~~et~~ ac dubia omnia vobis super hiis emergencia, super quibus conscienciam nostram consultaveritis, predictis magistris racionalibus sub sigillis vestris destinare curetis, ut recipiatis sub nostro sigillo exinde responsales.

[16.] mandamus eciam vobis, ut vassella, que per partes maritime naufragium pati contigerit, cum rebus omnibus eiusdem naufragii, thesauros eciam et omnes res et singulas inventicias, prout hactenus in regno

~~V. f. Del Giudice II 109 ...~~